



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

327. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 155

diaconi, vel deinceps quibus ducendi uxores
non est licentia, etiam alienarum nuptiarum
evitent convivia, neque his cœtibus admis-
ceantur ubi amatoria cantantur & turpia, aut
obscœni motus corporum choris & saltationi-
bus efferuntur ; ne auditus & obtutus sacris
mysteriis deputatus turpium spectaculorum
atque verborum contagione polluantur.

Conc. Agath.

c. 39.

Burchard. lib.

z. c. 134.

De eadem re. *Ex Concilio Mogontiacensi*
cap. xxxix.

CCCXXVI. Quibus licentia uxores du-
cendi non est, alienarum nuptiarum evitent
convivia.

Burchard. lib.

z. c. 132.

De eadem re. *Ex decretis sancti Martini*
Pape.

CCCXXVII. Non licet sacerdotibus vel
Clericis aliqua spectacula in nuptiis vel con-
viviis spectare ; sed oportet, antequam ingre-
diantur ipsa spectacula, surgere & redire inde.

Martinus Bra-

car. c. 59.

Burchard. lib.

z. c. 135.

Vide supra

c. 213.

De temporibus quibus se continere debent
conjugati ab uxoribus. *Ex Concilio*
Heilbernensi.

CCCXXVIII. Synodus Heilbernensis dicit : In tribus quadragesimis anni, &c
in die dominico, & in quarta feria & sexta fe-
ria conjugales continere se debent. Item nec
in illis diebus copulari quandiu gravata fuerit
uxor, id est, à quo die filius in utero motum
fecerit usque ad partum. Item à partu post
triginta tres dies, si filius ; si autem filia, post
quinquaginta sex.

Burchard. lib.

z. c. 155.